



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

173. De secularibus viduis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCCLESI. DISCIPLINIS. 275
viduas vel virgines, nisi ex ius*f*u aut permis*s*
Episcoporum aut Presbyterorum, non acce-
dant. & hoc non soli. sed nec ip*s*i Episcopi &
Presbyteri. sed ubi Clerici præsentes sunt, aut
aliqui graves Christiani.

De corruptis sanctimonialibus. *Ex epistola
Innocentij Papa.*

CL X X I I . Quae in Christo spiritualiter hu-
bunt, si postea publice nupserint, vel se clan-
culo corruperint, non eas admittendas esse ad
agendam pœnitentiam, nisi is cui se junxerat
de mundo recesserit. Si enim de hominibus
hac ratio custoditur, ut quae vivente viro al-
teri nupserit, adultera habeatur, nec ei agen-
da pœnitentiæ licentia concedatur, nisi unus
ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa
tenendum est quae ante immortali se sponso
conjunxerat, & postea ad humanos amplexis
transmigravit.

Decreta In-
noc. I. c. 19.
Haligar. lib.
4. c. 19.
Furchard. lib.
8. c. 13.

De secularibus viduis. *Ex Concilio
Meldensi lxxi.*

CL X X I I . Ut illae quae quasi sanctimo-
niales sub velamine religionis degere viden-
tur, sed potius in delitiis viventes mortuæ in
divinis oculis computantur, provincias discur-
rentes, curiosè & verbosè, si libidinibus cete-
risque carnalibus desideriis & voluptatibus
infervire accusantur, si manifestè detegi po-
tuerint, episcopali auctoritate & regia pore-
state in talibus locis residere sub testimonio re-
ligioso cogantur, ubi pœnitentiam si fecerint
dignam, assequantur etiam fructuosam. Si au-

Concil. Meld.
c. 70.
Burchard. lib.
8. c. 50.
1. Tim. 5.

S ij

276 R E G I N O N I S L I B . II.

tem manifestè detegi non valuerint , erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur , & ut religiosiùs de cetero vivant , & in monasteriis conversentur , episcopali decreto & regia potestate coérceantur . De his enim Apostolus dicit : *Quæ cùm formicatæ fuerint in Christo , nubere volunt.*

Caput istud multum diversum est ab editiōnibus vulgatis Conciliij Meldensis . Et tamen sic ut à nobis editum est legitur in codice MS. Reginonis & in editione Helmstediensi ; nisi quòd in editione illa , vitio haud dubiè librariorum , verba quæ sequuntur omisæ sunt fructuosam . Si autem manifestè detegi non valuerint , erga Ecclesiam &c.

De eadem re.

1. Tim. 5.
Burchard. lib.
8. c. 41. &
Ivo pane 7.
c. 59.

C L X X I V . De viduis Apostolus dicit : *Præcipe , inquit , ut vidua in reprehensibiles sint . Vidua eligatur non minus sexaginta annorum , in operibus bonis testimonium habens , si filios educavit &c. Adolescentiores viduas devitare . Cum enim luxuriatæ fuerint , in Christo nubere volunt , habentes damnationem , quia primaria fidem irritam fecerunt . Similiter & otiosa discunt circuire domos , non solum otiosa , sed & verboſa , & curiosæ , loquentes quæ non oportet . Vole ergo juniores nubere , filios procreare , matresfamilias esse , nullam occasionem dare adversario maledicti gratia . Nam enim quadam conversatæ retro post Satanam .*

De eadem re. Ex Lege Romana.

Nov. Majoriani tit. 8.

C L X X V . Viduarum sancte obstinatione